Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

qui meritis & operibus suis mercedem deberi arbitrabantur. qui ergo ad gratiā
se scit pertinere quod ē xps & quod ē xpi nouit quia indig& gratiam. si gratia
uocatur gratis datur. si gratis datur nulla merita tua praecesserunt ut d&ur.
Nam si praecesserunt merita tua mercis non inputatur secundum gratiam sed
secundum debitum. si ergo dices praecessisse merita tua te uis laudare non dm̄.
Ideo non agnoscis xpm̄ qui uenit cum gratia dī. conuerte ergo te ad merita tua
uide illa mala fuisse. ut non tibi deber&ur nisi supplicium non praemium &
cum uideris quid tibi per meritum debeatur. agnosce quid per gratiam don&ur.
Et sacrificio laudis glorificans dm̄ ibi est enim uia in qua noueris xpm̄ salutare dī.

EXPLIC DE PSALMO XLVIIII.

INCPT TRACTATUS DE PSALMO L.

Multitudinis huius nec frequentia fraudanda ē. nec infirmitas honoranda.
silentium p&imus & quiete ut & uox nr̄a post hesternum laborem possit ali
quantis uiribus perdurare. credo caritatem uram̄ non ob aliud hodierno die
copiosius conuenisse. nisi ut or&is pro eis. quos absentes facit alienus & per
uersus affectus. Neque enim loquimur de paganis. neque de iudaeis.
sed de xpianis; neque his adhuc cathecuminis. sed multis & iam baptizatis a quo
rum lauachro nihil distatis. & eorum tamen cordi dissimiles estis; quam multos
enim hodie frs nostros cogitamus & plangimus ire in uanitates & insanias men
daces neglegere q̄d uocati sunt. qui si forte in ipso circo aliqua ex causa expaues
cant. continuo se signant. & stant illic portantes in fronte. unde abscederent
si hoc in corde portarent. depraecanda ē misericordia dī. ut d&' intellectum
ad ista damnanda. & adfectum ad fugienda. & misericordiam ad ignoscenda.
Opportune ergo de paenitentia psalmus hodie cantatus ē. loquamur & cum absen
tibus. erit a deo suo xnr̄a memoria ut nē saucios & languidos neglegatis.
sed ut facilius sanetis. sani permanere debetis. corrigite arguendo consolamini
adloquendo exemplum praeb&e bene uiuendo. aderit eis qui adfuit & uobis.
non enim uobis iam ista pericula praeter gressis post misericordia ē dī prae
cisus ē; qua uenistis uenient qua transistis transibunt. molestum ē quidē
& nimium periculosum. immo perniciosum & pro certo exitiabile quod scienter
peccant. alter enim ad has uanitates currit. qui uoces xpi contemnit. alter ille
qui nouit quid fugiat. sed nec de talibus desperari debere. iste psalmus
ostendit. Inscribitur enim titulus eius. psalmi ipsi dauid cum uenit ad eum
natham propheta quia intrauit ad bersabee. bersabee erat mulier uxor
aliena. cum dolore quidem dicimus & tremore. sed tamen ds noluit tacere.